

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio LIII. De potentia animæ Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

DISPUTATIO QUINQUAGESIMA TER TIA.

De potentia animæ Christi.

I.
Vetus patrandi miracula, non moraliter tantum fuit in Christo, sed physica.

*Hinc in di-
vinis Literis
Christus
vocatur
Brachium
Dei.*

II.
*Inepit quo-
rumdam co-
matus, Christi
miracula
ad causas
naturales
reducere
velletum.*

Fus' e' hac de re Suarez Disp. 31. per totam, ubi multa discutit circa potentiam obedientiam, & vim patrandi miracula, eamque physicam, & non moralem solum ineffe ait animæ Christi: quam sententiam esti veriorem existimem, quia tamen disputari solet hæc quæstio in materia de Sacramentis, & latè eam tractavi Disputatione 27. Physicorum, hic illius discussioni nolo insistere. Probatur vero præcipue ex duplice loco Scripturæ sacræ, primò Luke 6. v. 19. *Virtus de illo exhibat, & sanabat omnes.* Et cap. 8. v. 46. *Tetigit me aliquis, nam ego novi virtutem de me exisse; quæ verba physicum quiddam sonare videntur.* Deinde I. I. c. 51. v. 9. & c. 52. v. 10. & alibi vocatur Christus brachium Dei, quod Deus per illum tanquam per instrumentum miracula faceret. In Concilio item Ephesino Can. II. definitur carnem Christi propter unionem ad Verbum fuisse vivificatricem, seu habuisse vim aliquam sibi communicatam, qua posset vitam efficere. Quæ licet evidenter hanc sententiam non demonstrant, valde tamen probabiliter eam suadent, cum conformior sit locutionibus Scripturæ sacræ, & Conciliorum. Hanc vero esse sententiam D. Thomæ tum hic, art. 1. & 2. tum aliis locis optimè ostendit Tannerus hic, Disp. 145. dub. 7. num. 182.

Rejicienda solum hic sunt quorundam deliria, qui Christi miracula eludere, eaque in causas naturales reducere conantur. Inprimis ergo dicunt nonnulli, habuisse Christum temperamentum ad pondus, id est nullum elementum prædominatum esse, sed tantum fuisse in eo frigor quantum caloris; tantum siccitatis quantum humiditatis, &c. corpus autem, inquit, hoc mo-

do constitutum potest vel supra aquas, vel in aëre sine ulla difficultate incedere. Sed contrà primò, nam hominis temperamentum petit ut magis in eo dominetur unum elementum per suam qualitatem, quam aliud, unde medici, quando calor naturalis est debilitatus, conantur eum restituere. Deinde sicut ex hoc temperamento, quod statuunt ad pondus, deducunt corpus humanum æqualem habere gravitatem & levitatem (quod aliquâ ex parte probat ingeniosa illa inventio, quam hic sèpè vidimus Leodii, globi in aquâ pensilis) ita deducere deberent temperamentum ad pondus in aliis omnibus qualitatibus illius corporis; cum enim secundæ qualitates orientur ex primis, his temperatis deberet sequi temperamentum in reliquis, certum autem est Christum in colore non habuisse illud temperamentum ex albo & nigro, sed speciosum fuisse praefilii hominum. Tertiò, quia licet hoc forte probaret naturaliter Christum potuisse, vel super aquas vel in aëre ambulare, non propterea sequitur naturaliter eum potuisse suscitare mortuos, cæcis visum, auditum surdis restituere.

Alii hæc omnia refundunt in imaginationem, dicuntque animæ humanae cam inesse vim, ut quifragiores sunt, possint per imaginationem miracula quæque perpetrare. Sed hoc ridiculum esse constat; quæ enim potest esse in imaginacione vis ad res physicas producendas, mortuos suscitandos, &c. & certè mirum est nullum haec tenus mirabilia hujusmodi, aut novum mundum per imaginationem creasse, cum qui sancti non sunt, non minus imaginatione polleant quam Sancti. Deinde Christus tactu frequenter miracula præstitit, & aliis modis ab imaginatione diversissimis.

*Certum est
Christum
non habuisse
temperamen-
tum ad pon-
dus in curvis
sed qualita-
tibus, eto
nec in pri-
mis.*

III.

*Alii mita-
culorum
perpetra-
tum ad pon-
dus redu-
cunt ad
imaginatio-
nem.*



DISPVTA-